


falis debet esse causa universalis. Quæ quia heic non est: immò verò, quia non nisi rarissima est: jure merito abjicitur totum hoc commentum.

Sed & in iis, in quibus vas breve pertingit eò, defunt alia omnia quæ dicta sunt.

Eadem planè militant contra eos, qui à Melancholia famem cieri dicere nolunt, sed acui dicunt, & adjuvari, meliorémve fieri ut loquantur. Non enim advertunt tales, quibus gladiis etiam ita se induant.



Melancholiam non præstare ventriculo utrumq.

CAP. XXII.

SI neutrum eorum, quæ dicta sunt, facit Melancholia: multò minus faciet utrumq.

Ergò, inquis, ineptum est, velle actum agere. Ego verò id non ago, sed ut probem, eos qui talia somniant συγκαλώθην ασύγκλωσα ut de alio negotio loquitur Synesius ep. 57.

Ea de re cogitandi ansam mihi dedit diligentissimus Reusnerus, quem aliquoties laudavi. Non dubito autem eadem de re cogitasse summum etiam Vallesium, & tamen, ut vulnere δυσκατέλωτω remedium afferret, appli-